

M A H

1 6 1 2



~~GA 27~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI-39.

SIGNAT. MDCCCXIII.



Theologemata succincta & rotunda,
DE

יהוה אלהים

id est,

DE DEO TRINO
ET UNO,

*Antitrinitarijs tum priscis tum recentibus
opposita.*

Et in inclita Academia VVitebergensi, in Festo Sacrosancta
Trinitatis, publicè proposita, ut de illis, ad diem proximè sub-
sequentem 27, Maij, horis locoq; consuetis, debitâ cum reve-
rentiâ erga adorandum isthoc Mysterium, pia & pla-
cida instituat^r συμφιλολογίαι.

Autore & Preside

IOHANNE FORSTERO,

S. S. Theol. D. & Professore Publico.

Respondente

M. NICOLAO HVNNIO

Marpurgensi Hasso.

ψ. 56.

באלהים אהלל דבר “
ביהוה אהלל דבר : “

VVitebergæ, Typis Cratonianis, per Iob. Gorman. Anno 1608.



Ad
VIRUM ADMODUM

Reverendum & amplissimum,

Dn. POLYCARPUM LYSERUM,

SS. Th. Doctorem celeberrimum, Serenissimi

Domini ELECTORIS Saxoniae, &c. Antistitis

tem primarium & in rebus Ecclesiasticis Consiliarium

longè dignissimum.

Nec non

Ad

Magnificum & Nobilissimū,

nec non virtute, sapientia, auctoritate, re-

rumque usu præstantissimum Virum,

Dn. CASPARUM à SCHÖNBERG,

eiusdem Serenissimi Domini ELECTORIS

Saxoniae, Consiliarium intimum & integerrimum,

Præsidem Appellationū judicij, &c.

Dominos, Fautores & Patronos suos, maximè

plurimumque colendos.

*V*Os duo, vos vigiles Ducis-ELECTORIS ocelli,

Has etiam faciles aspicitote theses.

Vos sacrata suis foros TRIAS obtegit alis,

Ac oculos vigiles Vos sinat esse diu,

Et visu placido quoque respectare deinceps

Nostram, quam fovet hinc Leucoris alma, Scholam.

Ioh. Först. D.

בְּיָהוּוָה אֱלֹהִים

I.

Προσίμιον αἰπολογικόν, ἐγκωμιάσικόν, Διὰ Τεκνικόν.

Themation I.

Ἀρχὴ αἰπάντων, καὶ τέλος πᾶς ΘΕΟΝ, inquit (a) Nazian-
zenus. (a) in Monostichis v. 1. Doctrinae huius dignitas.

II.

Idque non immeritò. Ecquid enim DEVS? Ego sum α & ω, PRINCIPIVM & FINIS, PRIMVS & NOVISSIMVS Is Ipse de se (b) pronunciat.

(b) apocal. 1. & 22.

III.

Iure igitur, sub initium nostrae Professionis, disputati nem institui mus, eamq; omnium primam, de DEO.

IV.

Præsertim, cum idem suadere videatur tempus jam præsens, quo, de summo hoc Religionis nostræ mysterio, primoque Theologiae principio, in Ecclesia agi consuevit.

V.

Vt sicco quasi pede transiliam ineffabilem doctrine huius utilitatem, de qua Ipsemet æternus æterni DEI FILIVS: (c) necessitas.

Hæc est Vita æterna, ut COGNOSCANT Te solum verum DEVM, & quem misisti IESVM CHRISTVM.

(c) Ioh. 17.

VI.

Et Athanasius: (d) Quicumque vult salvus esse: ei ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem: Quam nisi quis integram inviolatamq; servaverit: absque dubio in æternum peribit. FIDES AVTEM CATHOLICA EST, VT VNVM DEVM IN

A 2 TRI-

TRINITATE, ET TRINITATEM IN VNI-
TATE VENEREMVR, &c.

(d) in Symbolo v. 1, 2, 3.

VII.

Maximè verò omnium utilis pariter summeq; necessaria est
accurata Articuli huius repetitio, & defensio, propter vipeream
Nearianorum Θεομαχῶν progeniem, quam subinde longius
latiusq; proserpere, non absq; dolore, experimur.

VIII.

ἀνάταξις.

Revocabimus autem totam hanc πραγματείαν, κατ' ἀκριβε-
σέραν μέθοδον, σαφηνείας καὶ εὐπαρεχολογήτης ἕνεκα, ad V. Capita.

IX.

In quorum 1. præmittemus πρὸ γνωσιν terminorum, quorum
hoc in Articulo usus est.

In 2. ponetur κατάστασις, id est, Cōstitutio status cōtroversia.

In 3. pertinetur κατάσκησὶς τῆς ὀρθοδοξίας.

In 4. subtinetur ἀνασκησὶς τῆς κακοδοξίας, seu potius βλασφη-
μολογίας Antitrinitariorum.

In 5. eorundem κρηθρῶν φύγετε, & ψαλλομελίαι diruentur.

X.

ἰουχῆ.

IEHOVAH ELOHIM, pro cuius Majestate Divina
jam preliari animum induximus, gratiâ & benedictione sua no-
bis adsit, ut labor isthic in nomine, ac Numine Ipsius susceptus ad
Ecclesia & Iuventutis Theologica οἰκοδομῶν quamplurimum fa-
ciat, propter suam Ipsius Majestatem Divinam, Amen.

II.

SINGULORUM CAPITUM

ἐξήγησις.

Cap. I. quo præmittitur

ἐξέτασις τῶν προγνωσκομένων.

XI. Prin-

XI.

Principium in omni disputatione, & re est nomen, ait (e) Galenus. Quò spectat & vetus illud: $\omega\epsilon\sigma\tau\iota\tau\omicron\upsilon\sigma\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \epsilon\iota\delta\acute{\omicron}\mu\alpha\tau\epsilon\upsilon\ \delta\epsilon\iota\ \pi\epsilon\omega\tau\omicron\nu\ \epsilon\zeta\epsilon\tau\acute{\alpha}\zeta\epsilon\upsilon\ \tau\acute{\alpha}\ \delta\omicron\nu\omicron\mu\alpha\tau\alpha$. Cui suffragantur è Philosophis (f) Aristoteles, & (g) Themistius, è Theologis (g) Augustinus.

(e) de methodo medendi cap. 5.

(f) 1. Post. Anal. cap. 1.

(g) ibidem cap. 4.

(h) in lib. de princ. Dial. c. 2. itemq; in lib. de doctrina Christiana.

XII.

Nominum autem, vel terminorum, quorum $\omega\epsilon\gamma\gamma\omega\tau\iota\varsigma$ proposita in materia necessario pralibanda, potissimi sunt hi: 1. יהוה 2. אלהים 3. $\omega\delta\omicron\sigma\tau\omicron\upsilon\varsigma$ vel persona, 4. $\delta\omicron\sigma\iota\alpha$. 5. $\delta\omicron\mu\omicron\delta\omicron\sigma$ 6. Trinitas. δ. $\omega\epsilon\gamma\gamma\iota\upsilon\omega\sigma\tau\omicron\varsigma$ $\sigma\kappa\omicron\mu\epsilon\upsilon\alpha$.

De singulis, $\omega\varsigma\ \epsilon\upsilon\ \omega\epsilon\gamma\gamma\omega\delta\epsilon\iota\alpha$, breviter & ordine.

XIII.

Nomen יהוה usitatè dici solet $\tau\epsilon\tau\alpha\gamma\gamma\acute{\alpha}\mu\mu\alpha\tau\omicron\nu$, $\kappa\alpha\iota\ \acute{\alpha}\nu\epsilon\kappa\phi\acute{\omega}\nu\eta\tau\omicron\nu$, itemque שם המפורש . יהוה 1.

XIV.

$\tau\epsilon\tau\alpha\gamma\gamma\acute{\alpha}\mu\mu\alpha\tau\omicron\nu$ ideò, quod quatuor literis essentialibus consistet.

XV.

$\acute{\alpha}\nu\epsilon\kappa\phi\acute{\omega}\nu\eta\tau\omicron\nu$ verò propter essentiam DEI, qua illo denotatur, ineffabilem.

Lege Petrum Galat. lib. 2. cap. 1.

XVI.

שם המפורש id est, nomen expositum vocatur, (1) quia illud veteres Hebraorum per nomina 12. & 44. literarum exposuerunt, & (2) quia melius adhuc, atque distinctius, & lucidius à Messia exponendum fuerat.

Galat. lib. 2. cap. 10.

XVII.

Est que nomen illud $\pi\alpha\upsilon\lambda\acute{\omicron}\gamma\iota\omicron\nu$ solius DEI proprium. Septuaginta verterunt Κύριος , Lutherus HERR /literis majusculis, ad distinctionē nominis יהוה , quod vertit Herr /literis minusculis.

A s.

Exod. 4.



Exod. 4. NOMEN MEVM יהוה non indicavi eis.

Esa. 42. EGO IEHOVAH, HOC est NOMEN MEVM.

Psal. 83. יהוה שםך יהוה לבקך TV NOMINE TVO
SOLVS IEHOVAH.

XVIII.

Et sanè, sicut cætera Ejus nomina, quorum permulta recenseri solent (k) alibi: Ipsum à proprietatibus, & effectis in creaturis, describunt: ita è diverso nomen ter-benedictum יהוה quasi digito indice ostendit Ipsius substantiam & quidditatem, uti Galatinus (l) loquitur.

(k) Galat. lib. 2. c. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

(l) lib. 2. c. 10.

XIX.

Notationem illius Nominis quod attinet: ea nesciri dicitur ab Autore jam nominato. (m) Vulgò tamen ab יהוה vel יהוה quod idem, quod ESSE, significat, deduci consuevit; idq; (n) autoritate Ipsiusmet IEHOVÆ.

(m) lib. 2. c. 10. Nominis, quod scribitur quatuor literis יהוה nescitur derivatio nota, nec ipsum cum alio participat.

(n) Ex. 3. אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה ERO qui ERO.

XX.

DEVS enim solus est (o) ὁ θεός, omniumq; Entium, quatenus entia, (p) conditor, & conservator.

(o) Ex. 3, 14. Apoc. 1, 8. (p) Ioh. 1, 3. Col. 1, 16, 17.

XXI.

Porrò, quid sit DEVS, & quæ εἰσώδη, Ejusdem ἰδιώματα, non est opus, ut hic inseratur, cum illud ex libris abundè constet compendiaris.

XXII.

2. אלהים. Subjungimus potiùs 2. præcognitum, quod est nomen אלהים. Cujus singulare (q) usitatissimū est in sancta, & lingua, & scriptura: usurpatur tamen de DEO frequentissimè in numero plurali.

(q) Deut. 32, 15. Ps. 50, 22. Ps. 114, 7. Dan. 11, 38. Heb. 1, 11.

XXIII.

Quo insinuat, per illud Tres Divinas personas intelligi

ligi debere, ut iterum (r) Galatini verbis utamur.

(r) lib. 2. cap. 9.

XXIV.

In primis, cum non tantum cum verbo singulari constructum reperiatur, in locis Scripturae infinitis; sed etiam cum Verbis & Nominibus pluralis (s) Numeri.

(s) Gen. 20, 13, 6. 35, 7. Deut. 5, 26. Ios. 24, 19. 2. Sam. 7, 23.

Ierem. 23, 36. Psal. 58, 12.

XXV.

Supersunt reliqua vocabula in Articulo presente usurpari solita, ut sunt: ὑπόστασις, ὁσία, ὁμοῦσι, Trinitas, quae itidem brevissimè sunt explicanda.

XXVI.

Et vox ὑπόστασις quidem est ἕξθεφ. De CHRISTO 3. ὑπόστασις enim profitetur (r) Apostolus: quod sit ἀπαύγασμα τῆς δόξης τῆ Πατρὸς, καὶ καθεκτικὴ τῆς ὑποστάσεως αὐτῆ.

(r) Heb. 1, 3.

XXVII.

Ceteri autem termini etsi ἀπὸ λέξε, & κατ' ὄνομα in scripturis non leguntur; habetur tamen inibi: 1. τὸ πρῶγμα quod terminis illis indigetatur: 2. eorum σύσσηχα vel alia ἰσοδυναμῶντα, unde illi, bonā consequentiā, elici & deduci possunt.

XXVIII.

Vbi percommode obvenit acutum & argutum illud (u) Theodoretī: εἰ τὰ πρῶγματα ὁμολογῶμεν: τί δήποτε φεύγομεν τὰ ὀνόματα; praesertim cum necessitas & commoditas id suadeat.

(u) Dial. 2.

XXIX.

Et nomen ὁσία sanè nititur auctoritate Ipsiusmet IEHOVÆ 4. ὁσία gemina vice apertissimè (x) profitentis, quod nomen suum sit ὁ ὢν, Ille qui EST.

(x) Ex. 3, 14.

XXX.

De voce ὁμοῦσι tenendum, quod per illam significetur essentia unitas, id est, una aeternitas, una Voluntas, communis operatio

peratio, una gloria; quodque non modò efficta sit, ad imitatio-
nem vocabuli $\Theta\eta\tau\acute{\iota}\sigma\iota\varsigma$, (y) quod à Matheo usurpatur: sed quòd
etiam fundata sit in illo CHRISTI: (z) EGO ET PATER
ΕΝ ΕΣΜΕΝ, id est, μία ἔσια vel ὁμοῦσοι.

(y) cap. 6, 11. (z) Ioh. 10.

XXXI.

Et in Canone illo Theologico maximè architectonico: TRES
SVNT, qui testimonium perhibent in Cælo; PATER ὁ Λό-
γος, & SPIRITVS SANCTVS, ET (NB.) HI TRES
VNVM SVNT, id est, Vnus essentiâ DEVS, vel ὁμοῦσοι.

1. Iohan. 5.

XXXII.

6. Trinitas. Eodem ex dicto, & quidem ex voce TRES, verâ, & neces-
sariâ consecutione colligitur nomen TRINITATIS.

XXXIII.

Nec quicquam fidei tribuendum est ijs, qui vocabula isthæc
ab Athanasio demum contra Arianos excogitata esse dicunt;
quandoquidem illa apud (a) Patres ætate multò priores Atha-
nasio reperiantur.

(a) Iustin. Mart. in lib. cui titulus: ἐκ θεοῦ πίστεως, περὶ τῆς
ὁρθῆς ὁμολογίας, ἥτοι περὶ τῆς ἀγίας καὶ ὁμοῦσας τριάδος
Clem. Alexand. lib. 5. c. 1. Orig. tom. 1. in Es. cap. 6.
Tertull. in lib. de Trinit. Lactant. lib. 4. de ver. sap. 39.

XXXIV.

Ceterùm, quæ turba in primitiva olim Ecclesia orta fuerint
de vocibus ἔσια & ὁμοῦσοις, & quomodo hæ voces invicem dif-
ferant: (b) Scriptores testantur Ecclesiastici, qui, ea de re, pote-
runt consuli.

(b) Sozom. lib. 6. c. 12. Socr. lib. 3. c. 7. & 12. Rufinus lib.
1. c. 29. Epist. Basilij 43. Augustinus Tom. 3. de Trin. lib. 5. c.
8. 9. 10. & lib 7. cap. 4. 6.

XXXV.

Iam saltem ex Preceptoribus nostris huc referantur illarum
definitiones.

XXXVI.

XXXVI.

ἔσθια itaque nominatur, quod reverà est, etiamsi est communicatum.

XXXVII.

Ἐπὶ ὅσων verò, vel (quod illi est (c) σωώνυμον) persona, est substantia individua, intelligens, incommunicabilis, non sustentata ab alio.

(c) Damascenus in Dialect. c. 43. ἤδη δὲ γινώσκων, ὡς οἱ ἄγιοι πατέρες ἔπὶ ὅσων, καὶ πρὸς ὅσων, καὶ ἄτοπον τὸ αὐτὸ ἐκάλουν.

XXXIX.

Atq; hæc πρὸ ἕγγων quasi, ἔως ἐν πρὸς διδασκαλία, de terminis, vel vocabulis, quorum, in primario hoc Religionis nostræ capite, usus est frequentissimus.

Stratâ ἔ παρατὰ itaq; nobis hoc παρὶ τοῦ viâ: rectâ jam lineâ ad rem ipsam.

Cap. II. In quo proponitur, & exponitur status controversiæ.

XXXIX.

Vt autem status controversiæ, in quo totius hujus disceptationis cardo volvitur, ἀκριβέστερον καὶ σαφέστερον formetur: primò utiq; per ἀφαίρεσιν τὰ μὴ ζήλωμενα se jungemus, ἔ deinde verum ζήλωμενον subjungemus.

XL.

Non igitur hic præcipuè queritur: an unus sit DEVS? Hoc enim in confesso est, non solum intra Ecclesiam, sed etiam, extra Ecclesiam, apud Iudeos, ἔ Turcas, addo etiam ex Ethnicis sanioribus Aristotelem, (d) adeò, ut laterè lavare videri possit is, qui Scripturæ testimonia, unitatem Divini Numinis comprobantia, prolixè percensere velit. (d) u. Metaph. c. 10. sub finem.

XLI.

Adscribemus tantùm potissima eorum loca: Deut. 6, 4. 1. Reg. 18, 39. Marc. 12, 29. Ioh. 17, 3. Rom. 3, 30. 1. Cor. 8, 6. Gal. 3, 20. Eph. 4, 5. 1. Tim. 2, 5.

B

XLII.



XLII.

Nec hoc solummodo in questionem venit: An tres sint Divinitatis personae.

XLIII.

Et si enim istud blasphemè negarunt non saltem in primitiva olim Ecclesia Noëtus, Sabellius, Praxeas, & alij, qui uno nomine dicti fuerunt Patripassiani, & Monarchiani: sed Patrum quoque nostrorum aetate (e) Michaël Servetus, Arrago Hispanus: Scriptura tamen à modo dictis suppeditat planè pleneque adamantinas, quae id ipsum potentissimè evincunt.

(e) Chemn. tom. 1. loc. com. fol. 85.

(f) Ex. V. T. Ps 33, 6. Es. 61, 1. c. 63, 7. It. Num. 6, 24. Ps 67, 7. Es. 6, 3. 43, 22. Ex N T. Matth. 28, 19. Ioh. 15, 26. 2. Cor. 13, 13. 1. Ioh. 5, 7.

XLIV.

Cum primis verò huc pertinet ἡ ἀποδείξις illa ὁφθαλμοφανής, θεοφάνεια videlicet maximè solennis, Matth. 3. quaeque tam illustris est, & evidens, ut Athanasius Antagonistas suos solitus fuerit eò remittere, hac ferè ἡ εὐαγγελιστὴς: Ibis ad Iordanem, & ibi audies, & videbis.

XLV.

Verum haec potissimum questio sub disputationis aleam iam vocatur: An DEVS non modo sit unus essentiâ: sed an etiam Is Ipse trinus sit in personis, vel, ut aliâ loquendi formulâ utamur: Vtrum DEVS, sicut unus est essentia: ita quoque in unitate essentiae Divinae tres sint personae realiter distinctae, & per se subsistentes, ea quae omnes & singula ὁμοῦσται, ὁμοῦσται, καὶ ὁμοῦσται.

XLVI.

Hoc nempe verum est ἡ ἀποδείξις, cuius partem affirmativam furenter impugnant, partem verò negativam ore & calamo blasphemio propugnant Antitrinitarij.

XLVII.

Quorum duo potissimum exercitus. Alter complectitur Veteres, alter recentes.

XLVIII.

Veteres vicissim distribui possunt in tres ordines, quorum 1. sunt

Veteres Antitrinitarij in triplici differentia.

1. fuit τῶν ἀνομοίων. 2. τῶν ἐπηρεσίων. 3. τῶν ἀνομοίων.

XLIX.

1. Ἀνομοῖοι dicti sunt, qui ipsam tum FILII, tum SPIRITVS SANCTI ἵεὶ ὁσέων Divinam insectari ausi sunt, soli τῶν Patri eternam & Divinam ἵεὶ ὁσέων relinquentes.

L.

In prima statim, à CHRISTO nato, centuria, extiterunt, In Cent. 1.
præter Iudeos, Ebion, & Cerinthus, qui docuerunt; CHRIS-
TVM esse merum hominem ex commixtione Iosephi, &
Mariæ natum.

Eusebius lib. 3. c. 27. & 25. lib. 7. c. 23. Epiph. lib. 1. tom. 2. her. 28. &
30. Augustinus ad Quod-vult-DEVM c. 8. & 10. 1. Cent. Magd. fol.
483. 484.

L I.

Quibus in secunda Centuria successerunt Carpocrates, & Cent. 2.
Artemon, qui eandem heresin resuscitarunt.

L II.

In tertia Centuria vixit 1. Beryllus qui CHRISTVM, an- Cent. 3.
tequam homo fieret, non extitisse, nec per se personam fuisse,
impijssimè contendit.

Euseb. lib. 6. c. 32. Hieron. in catal. script. Eccles.

L III.

2. Paulus Samosatenus, qui dixit CHRISTVM non fuisse
semper: sed esse saltē communem hominem, in quem Pater
inspiravit Verbum suum, & c. SPIRITVM verò sanctum nihil
aliud esse amplius, quàm ἐνέργεια ἀνομοίων creatam in cordibus
electorum.

Euseb. lib. 7. c. 27. & 30. Epiph. lib. 2. Aug. de heres. c. 44.
Socrat. lib. 2. cap. 19. Cent. Magd. 3. fol. 108. 109.

L IV.

In quarta Centuria Photinus instauravit damnatam antea Cent. 4.
Ebionis, Cerinthi & Samosatēni heresin, de quo Hist. Trip. l. 5. c.
5. 6. 7. 8.

L V.

In septima demum Centuria orti sunt Mahometiste, vel Tur- Cent. 7.
ca, qui ad hodiernum usq; diem eundem à θεῶν armatā manu
suentur. AZO. 12, 29, 55.

B 2

LVI.

LVI.

2. ἐπελάσει. II. *Ordinem τῶν ἐπελάσεων constituit Arius cum sua secta χειροτονῶν, quæ olim per totum Orientem & Africam latissimè sese diffudit.*

LVII.

Et concessit quidem Arius, quòd ὁ ΛΟΓΟΣ fuerit ὑπόστασις μετὰ τῶν χρόνων καὶ αἰώνων: sed asseruit tamen, quòd sit κτίσμα καὶ πῶμα ἐξ οὐκ ὄντων, adeoque nec αὐτόθεος nec Patri ὁμοούσιος. Phrasis ei maximè familiaris erat: Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν.

Hist. tripart. l. 1. c. 15. Epiph. lib. 2. tom. 2. her. 69.

LVIII.

Negabāt etiam Ariani eternam SPIRITVS SANCTI DEITATEM, eumque κτίσμα τῶ κτίσμα (FILII videlicet) contumeliosè appellabant. Alij verò eum duntaxat pro dono & virtute DEI habebant.

Cent. 4. Magd. f. 319. 320. 321. 322.

LIX.

Inter τὰς ἐπελάσεις quoque referrī posse videtur Ioachimus Abbas, qui circiter A. C. 1215. vixit, & docuit; PATREM, FILIUM, & SPIRITVM SANCTVM esse unam essentiam, sed unitate non verā & propriā; sed quasi collectivā, & similitudinariā.

Cent. 13. Magd. fol. 565.

LX.

3. ἀνόμοιοι. III. *Ordinis τῶν ἀνομοίων autores & sectatores præcipui fuerunt, Aëtius, Eunomius, & Eudoxius, qui contendebant FILIUM, etiam si æqualis sit PATRI in substantia: non tamen ei similem esse potentia & operatione.*

Chem. tom. 1. Loc. com, f. 141.

LXI.

Eorum contribules fuerunt Macedoniani, qui senserunt, FILIUM quidem PATRI per omnia esse similem, contra Arianos: SPIRITVM SANCTVM verò cum PATRE & FILIO nihil habere commune: sed servum & ministrum, non DEVM: sed creaturam esse, secundum Arianos. Vnde etiam cognomi-

nati

nati fuerunt Semiariani; Omnes autem eorum σύμμαχοι uno nomine πύμαρμάχοι. Cent. 4. Magd. f. 362. 363. 364. 365.

LXII.

Tantum de Veteribus Antitrinitarijs: recentes quod attinet eorum omnium Patriarcha merito statuitur Michaël Servetus Arrago Hispanus, qui, circiter annum CHRISTI 1531, delirium Sabellij & Samosateni ex Orco in Ecclesiam revocavit.

Antitrinitarij
recentes in
duplici diffe-
rentia.

LXIII.

Ex ejus enim schola, quotquot postea extiterunt & adhuc existunt, omnes prodierunt Antitrinitarij.

LXIV.

Viri fuerunt, annis superioribus, Valentinus Gentilis, Georgius Blandrata, Matthæus Gribaldus, Paulus Alciatus, Johannes Sylvanus, Adamus Neuserus, Gregorius Pauli, Franciscus Davidis, Ochinus, Lælius Socinus, & alij.

1. Antitr. re-
centes qui su-
perior. annis
extiterunt.

Legatur cap. 23. part. 1. Cent. XVI. Osiandri.

LXV.

Hodie verò ex abominabili hac Hydra, Lernea illâ multò nocentiori, repullulârunt & adhuc repullulant, non modò in remotis Dacia & Transsylvania, eique confinibus locis: sed etiam in viciniore Polonia tractu Voidovius, Osterodus, & alia Ariomanitarum nostri seculi monstruosissima capita.

Antitrinita-
rij qui hodiè
furunt.

LXVI.

Qui, licet peregrè ferant, se Arianos appellari: ad unum tamen omnes reverà idem docent, quod veteres olim Ariani. Vnde non injuriâ Neariani dici merentur.

LXVII.

Agitè producamus propria eorum ἡμολογήματα, eaque, cum doctrina Arianorum veterum jam modò breviter & ὡς ἐν τύπῳ adumbrata, conferamus.

I. DE CHRISTO.

Blandrata in disp. Albana actione 6. diei. Non agnoscimus aliquem DEI FILIVM, qui non sit homo, & hunc dicimus esse DEVM. 1. Quia de SPIRITV SANCTO conceptus est. 2. Quia

data est illi potestas in caelo & in terra. 3. Qui ubiq; testatus est CHRIS-
TUS se esse FILIVM DEI. Sommerus fol. 11. refut. Carolini.
Dixit Arius, *ὁ πατήρ ὅτι ἦν ὁ υἱός*. Erat aliquando, cum non esset; idem
dicimus nos. II. DE SPIRITU SANCTO.

Servetus lib. 1. de Trinit. pag. 28. SPIRITVM SANCTVM
non rem aliquam separatam: sed DEI agitationem quandam, seu
inspirationem Virtutis DEI designari dicimus. Sommerus contra Ca-
rolin. p. 167: SPIRITVM SANCTVM DEVM esse, & distin-
ctam habere à PATRE *ἡ ἁγία πνεύματι* negamus, cum universa Scriptura:
esse autem illum motum tantum in animis excitatum, non dicimus:
sed fatemur esse occultam vim, & *ἐκείνου* DEI, qua nos in vitam
aeternam regenerat. LXVIII.

Vnde liquidissimè patet, quòd novi hodiè Antitrinitarij non
modò sint veterum Arianorum progenies germana: sed multò et-
iam magis blasphemi in aeternum DEI FILIVM, quàm illi.
Illi enim Ipsum *ἐκ τῆς ὑπερβολῆς καὶ ἀπειρίας* extitisse, fatebantur. Hi
autem in utero demum virginis initium sumsisse, ore maledico vo-
ciferantur. LXIX.

Nec verò hic thesibus nostris indidius abibit Calvinus, qui
Calvinus Ju- testimonia Scripturae quamplurima de Trinitate, CHRISTI, &
eg-arianizans SPIRITVS SANCTI Deitate, strophis suis lubricis & glose-
sis ambiguè ita torquet, pervertit, enervat: ut tum à Iudaeis,
tùm ab Arianis facilè elidi & eludi possint. Imò eo ipso via sterni-
tur planissima, & porta bipatens panditur Iudaica pariter & A-
riana impietati. LXX.

Cujus farinae quoq; sunt phrasae valdè improprie, quibus
quidam Calvinì Iudae-arianizantis discipuli uti non erubescunt,
quae non immeritò à Theologis orthodoxis notantur.

Iulcanus causam Fidei vocat DEVM, & (NB) *ὁ υἱὸς* FILIVM &
SPIRITVM SANCTVM in instit. Theol. f. 273. & f. 305. Iustificatio-
nis efficiemem dicit esse DEVM & causam & (NB) *ὁ υἱὸς* CHRIS-
TVM. Keck. in System. Theol. f. 93. negat divinam essentiam ad-
mittere communicationem, ideoq; dicit FILIVM à se ipso habere
divinam essentiam. Ibidem f. 48. vocat PATREM FILIVM, &
SPIRITVM SANCTVM tres justificantes, & tres autores justifi-
cationis. Goclenius vocare solet tres Divinitatis Personas causas so-
cias Creationis. LXXI.

LXXI.

Atq; hæc est opinio Antitrinitariorum falsa & blasphemæ
quâ status controversi, in sublimi hoc Religionis Articulo, par-
tem negativam affirmant: affirmativam negant.

LXXII.

Ecclesia autem Orthodoxa, inde à primo usq; Mundi exor-
dio, semper contrariam professæ, & tutata est sententiam, qua
partem affirmativam constanter approbavit: negativam au-
tem rejecit & damnavit, ut vel ex Athanasiano & Niceno Sym-
bolis hoc sole est illustrius.

Theses veræ
doctrinæ.

LXXIII.

Ut verò sententia Orthodoxa clariùs & distinctiùs propona-
tur: aliquot de ea theses rotundas & perspicuas subjicere placeat.

LXXIV.

Quarum 1. est Non modò unus est DEVS essentiâ: sed
in illa una essentia divina tres sunt personæ.

LXXV.

2. Harum prima (non ratione temporis, & dignitatis; sed ra-
tione ordinis) dicitur PATER, secunda FILIVS, tertia
SPIRITVS SANCTVS.

LXXVI.

3. Ex omnes & singulæ sunt ejusdem essentiæ, ejusdem
gloriæ, & majestatis, & ex æquo coæternæ.

LXXVII.

4. Distinctæ tamen sunt invicem certis quibusdam proprie-
tatibus personalibus, quæ usitatè *ιδιώματα χαρακτηριστικά*, &
προσωπικά dici solent. LXXVIII.

5. Proprietas personalis PATRIS est (*ἡ ὑπόστασις*) quòd ab æ-
terno genuit FILIVM, FILII (*ἡ*) (*τὸ ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ*) quòd ex
PATRE ab æterno genitus. SPIRITVS SANCTI (*ἡ*
ἐκπέλασις) (*ἡ*) quòd inenarrabili productione, ex PATRE
pariter & FILIO procedit.

(a) Ps. 2, 7. Act. 13, 13. Hebr. 1, 5. & 5, 5. (e) Joh. 15, 26.

LXXIX

LXXIX.

Sed quia Apostolus precipit: (f) εἰ τις λαλεῖ: ὡς λόγια τῶ θεῶ: consequens est, ut jam, in tertio hujus πραγμαλείας capite, ἐκ τῶν θεοπεραδῶτων λογίων (quo nomine Dionysius sacras literas appellat) θεῖσις τῆς ὀρθοδοξολογίας nostra confirmetur.

(f) 1. Pet. 4.

Caput III.

Quo κατὰ σκεδὴ, sive confirmatio τῆς ὀρθοδοξίας pertexitur.

LXXX.

Erūt autem hæc κατὰ σκεδὴ, vel Confirmatio bipartita. Demonstrandum enim est. 1. Quòd tres Persona Divinitatis realiter sint distinctæ, & quidem tres distinctæ ὑποστάσεις, contra Antitrinitarios ἀνομοίους. 2. Quòd Persona omnes & singulae sint ὁμοῖοι, & unus verus, & naturā DEVS, contra ἐπερσείους, καὶ ἀνομοίους.

LXXXI.

Ac primò quidem, quòd tres Divinitatis personæ realiter sint distinctæ, adeoq; tres distinctæ ὑποστάσεις; subsequentes docent, & evincunt rationes numero quatuor.

LXXXII.

1. Quia nulla de alia predicatur, & nulla alteri inest, ut accidens subjecto. PATER enim non est FILIVS, aut SPIRITVS SANCTVS; nec FILIVS est PATER, aut SPIRITVS SANCTVS; nec SPIRITVS SANCTVS est PATER, aut FILIVS: sed ALIA EST PERSONA PATRIS: ALIA FILII: ALIA SPIRITVS SANCTI, inquit Athanasius in Symbolo v. 7.

LXXXIII.

2. Quia FILIVS ET SPIRITVS SANCTVS, æquè ut PATER, ab æterno extiterunt. Sic enim

I. DE FILIO.

יְהוָה קִנְיִי רִאשִׁית בְּרִכּוֹ Prover. 8. DOMINVS POS-

1. Tres Divinitatis personæ esse tres distinctas ὑποστάσεις probatur IV, rationibus.

POSSEdit ME (generando acquisivit. Gen. 4, 1.) IN-
TIO VIÆ SVÆ. Iob. 1. IN PRINCIPIO ERAT
(non incipiebat, non fiebat) ὁ ΛΟΓΟΣ, ὁ ὁ ΛΟΓΟΣ. ERAT
ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ καὶ ΘΕΟΣ ἦΝ (NB) ὁ ΛΟΓΟΣ. Hic
ERAT in principio (NB) πρὸς τὸν Θεόν. Beda presbyter: Qua-
ter dicit Evangelista, ERAT, ERAT, ERAT, ERAT, ut
intelligeres omnia tempora praevenisse coaeternum DEO PA-
TRI VERBUM.

II. DE SPIRITV SANCTO.

Gen. 1. ^{רוח} SPIRITVS ELOHIM FEREBAT-
TVR SVPER AQVAS. Et Hebr. 9. appellatur ΠΝΕΥΜΑ
ΑΙΩΝΙΟΝ. LXXXIV.

3. Quia utriq; & FILIO, & SPIRITVI SANCTO,
alia opera & effecta tribuuntur, quae substantia per se subsistenti
& intelligenti, eique singulari competunt. Actiones (g) enim
propriè sunt singularium, ut singularia sunt. Vnde & tritum
illud in Schola Theologica: Qui loquitur in Scripturis non est
DEVS universalis, neque ipsa species DEI: sed est DEVS
quidam singularis. Cum sola singularia sint, & loquantur,
atque agant. (g) Scal. ex. r. 251. ex 1. Metaph. c. 12.

LXXXV.

Possunt autem effecta & propria, quae FILIO, & SPIRI-
TVI SANCTO in Scriptura attributa reperiuntur, di-
stinctionis gratia, vicissim in tres classes distribui.

LXXXVI.

1. Quaedam enim tributa leguntur ubique, ut (h) creare, (i)
loqui, (k) vivificare, (l) docere & alia quamplurima.

(h) Gen. 1, 2, 3. Ps. 33, 6. (k) Iob. 5, 21. Iob. 33, 4. 2. Cor. 3, 6.

(i) (l) Iob. 16, 14. Iob. 14, 26.

LXXXVII.

2. Quaedam FILIO ut (m) assumere humanam naturam, (n)
populum regere, comitari per desertum, &c.

(m) Ebr. 2, 16. (n) Num. 11, & 20. 1. Cor. 10.

C

3. Qua-

LXXXIIX.

3. *Quadam SPIRITUI SANCTO, ut apparere, (o) descendere, assumere speciem columbae, & in ea requiescere super CHRISTUM.*

(o) Matth. 3, 16.

LXXXIX.

4. *Quia proprietates Characteristicae non tantum PATREM, FILIUM, ET SPIRITUM SANCTUM invicem distinguunt: sed etiam faciunt, ut sint ὑποστάσεις, vel personae αὐτῶν ὁμοῦτοι καὶ ἰδιοῦς αἰοί.*

XC.

Alius est enim PATER FILIUM GIGNENS. Alius est FILIUS A PATRE GENITUS. Alius est SPIRITUS SANCTUS A PATRE, ET FILIO PROCEDENS.

XCI.

Quomodo autem FILIUS à PATRE sit genitus, & quomodo SPIRITUS SANCTUS ab Utroque procedat: de eo teneatur istud Basilij: (p) ἀνεπιτόμητον λογισμοῖς, καὶ ἄφατον ῥήματιν ὁ τρόπον τῆς Θεῆας γεννήσεως. Et haec gravissima (q) Nazianzenii sententia: ἀκέραις γέννησιν τὸ πῶς μὴ περιεργάζεσθαι, ἀκέραις ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ πρῶτον ἀπὸ τῆ Πατρὸς, τὸ ὅπως μὴ πολυπραγμένει.

(p) hom. 16. Hexaem. (q) in oratione de statu Episcopali.

XCII.

Atque haec tenus de primo κατωκρυβῆς nostrae membro: aggreg-

a. Quod tres personae DEI. TAFIS sine omnes & similia ἁπολύτως β. β. β. IV. druplex.

diamur & alterum, probaturi, quod tres Divinitatis personae omnes & singulae sint ὁμοῦστοι, adeoque unus verus, & natura DEVS.

XCIII.

Est enim PATER, FILIUS, ET SPIRITUS SANCTUS, ut haec tenus ostensum, verè & realiter invicem sunt distincti καὶ ὑποστασιακά, ὅτι τὰν tamen non sunt divisi: sed unaqueque ὑπόστασις vel persona τρέπων ὑπόστασεως habet intra, & non extra illam unam & eandem essentiam Divinam.

XCIV.

Quod PATER verus sit DEVS, operosa probatione minimè indiget, scilicet de Deitate ipsius in Ecclesia nunquàm fuerit dubitatio.

XCV.

Χαίσιμονόχοι, autem & Πνευματομάχοι semper extiterunt, qui & FILII & SPIRITUS SANCTI DEITATEM ore, & stilo impio furiosè oppugnarunt, & adhuc oppugnant.

XCVI.

Adversus hos nobis est depugnandum acriter & alacriter: Et quidem quadruplici armorum genere, quae nobis à SPIRITU SANCTO, ex instructissimo scripturae armamentario, suppeditantur.

XCVII.

I. Desumitur à nomine IEHOVAH in V. T. & DEUS, vel DOMINUS in N. T. DEI solius proprio & essentiali, quod utrique tum FILIO, tum SPIRITUI SANCTO tribuitur. Idque vicissim bifariam.

XCVIII.

I. Apertè, & explicitè, ut:

DE FILIO in V. T. Ier. 23. HOC EST NOMEN MEVM, quod vocabunt Eum IEHOVAH, Iusticia nostra. In N. T. Ioh. 1, 2. Heb. 1, 8. Act. 16, 31. & 34. c. 20, 28. Rom. 9. DEVS in omnibus laudandus in seculis Tit. 2. MAGNVS DEVS 1. Ioh. 5. DEVS (NB) VERVS. & Vita aeterna.

DE SPIRITU SANCTO Act. 5, 3. 1. Cor. 3, c. 6, 19, 20, c. 12, 4, 5, 6.

XCIX.

2. Implicitè, & ita tamen, ut, vel per allegationem in N. T. vel ex collatione Scripturarum in N. vel V. T. facile possit elici.

DE FILIO.

In V. T. Gen. 12, 1, & seq. Ex. 3, 2, 4, 14. Num. 14, 26, 6, 20, 2. Psal. 2, 7. Pf. 25, 1. Pf. 68, 19. Esaiæ 6, 8. Joel. 2, 4. Es. 45, 23. In N. T. Act. 7, 3. Act. 7, 30, 38. 1. Cor. 10, 4. Act. 2, 17, 33. Heb. 1, 5. Act. 13, 33. Eph. 4, 8. Ioh. 12, 41. Rom. 14, 11. Phil. 2, 2.

DE SPIRITU SANCTO.

IN V. T. Ex 4, 12. Num. 12, 2. Sam. 23, 2. In N. T. Matth. 10, 19, 20, 2. Pet. 1, 21. 1. Cor. 2, 16. Es. 40, 13. Es. 6, 10. Act. 28, 23. Pf. 95, 9. Heb. 3, 7.



C.

II. FILII & SPIRITVS SANCTI Deitas eterna
firmissimè vereq; à diuinitas astruitur ex proprijs Essentia Di-
uina attributis, quæ utriq; assignantur, ut sunt eternitas, im-
mensitas, omnipotentia, omniscientia, perfecta sanctitas.

CI.

Ac 1. eternitas, Prov. 8, 23. Es. 9, 6. Mich. 5, 2. 1. Ioh. 1, 1.
Heb. 9, 4. 2. Immensitas, 1. Ioh. 1, 16. Ps. 139. Sap. 1, 7. 3. Omni-
potentia, Ioh. 16, 5. Phil. 3, 21. 1. Cor. 12, 6. 4. Omniscientia,
Ioh. 2, 25. c. 6, 0. Marc. 14, 13. Apoc. 2, 23. 1. Cor. 2, 10. 5. Perfecta
sanctitas, Heb. 7, 26. Act. 3, 7. 1. Cor. 3, 16.

CII.

III. Id ipsum confirmatur ab eorumq; operibus solius DEI
proprijs, quæ itidem tum FILIO, tum SPIRITVI SANCTO
tribuuntur, & quibus ipsemet FILIUS DEI suam DEitatem
adversus Iudeos asseruit. Ut sunt 1. Creatio Gen. 1, 2, 3. Ps. 33, 6.
1. Ioh. 1. Ioh. 3, 4. 2. Incarnatio, Luc. 1, 35. 3. Illuminatio,
Matth. 11, 7. Ioh. 1, 4. Ioh. 5, 21. 2. Cor.
3, 6. 1. Cor. 15. & in ceteris 3. Articulis Symbol. Apostolici in Cate-
chismo Luth. &c.

CIII.

IV. A cultu religioso adorationis, qui (r) soli vero Deo debetur,
& nihilominus tamen tum (s) FILIO, tum (t) SPIRITVI
SANCTO directè tribuitur.

(r) Deut. 6, 13. Matth. 4, 10. Es. 42, 8. (s) Act. 7, 60. c. 9, 14.
1. Cor. 1, 2. Apoc. 1, 6. (t) Matth. 28, 19. Es. 6, 3. Act. 28, 25, 45.

CIV.

Stat igitur veritas doctrinae nostræ vera, & sincera firma &
inconcussa, vel adversus ipsas inferorum portas, tot quippe, tamq;
solidis communita rationibus, quæ omnes & singula locupletissi-
mè attestantur; tres Divinitatis personas, & autovitas, non im-
possibile esse per omnia, adeoq; ex æquo unum verum & naturæ
DEVM.

CV.

Sed non satis est thesin vera doctrinae probare, & recipere; sed
falsæ quoq; opinionis antithesin oportet improbare & rejicere atq;

110

ita preciosum à vili fecernere (שְׁמַיִם וְאֶרֶץ) ut verè st-
mus os DOMINI, Jerem. 15.

CVI.

Et Jerem. 1. à Theologo & ministro Verbi requiritur, ut non
modò Veritatem caelestem astruendo Regnum CHRISTI ædi-
ficet: sed ut quoq; mendacia & blasphemias hæreticorum resu-
tando, Regnum Satanæ destruere, allaboret.

CVII.

Transeamus itaq; ab hac τῆς ὀρθοδοξίας nostræ ἀναστροφῆς, ad
κακοδοξίας vel potius βλασφημολογίας Antitrinitariorum ἀνα-
στροφῆς, capite, quod jam sequitur, IV. suscipiendam.

Caput I. V. Quo instituitur

ἀναστροφῆς ψευδο-κακοδοξίας Antitrinitariorum.

CIX.

Hieronymus ait: (u) Hæreticorum dicta & sermones enar-
rare, est refutare & superare. Patet enim prima fronte bla-
sphemias, nec necesse habet, convinci, quod sua statim pro-
fessione blasphemum est. (u) Contra Ctesiphontem.

CIX.

Cum igitur capite hujus disputationis secundo Antitrinita-
riorum dicta & sermones fuerint enarrati: supervacaneum for-
tassis alicui videri poterit: si velimus prolixè eos refutare.

CX.

At enim verò ut Fides nostra stabilietur firmitus: impietas Tria causa-
autem Adversariorum conspiciatur manifestius, retundatur po- rum genera,
tentiùs: placet tantum in apertam Ecclesiæ lucem proferre cau- cur Antitri-
sas: ob quas scèta Antitrinitariorum, tum veterum tum recentium, nit. merito
meritò sit damnanda, & omnibus divinis execranda. damnentum

CXI.

Earum autem tria præcipuè sunt genera, quorum singula
ordine proponere paucisq; exponere expedit.

CXII.

1. Ideò Antitrinitariorum hæresis execratione omnium est di-
gnissima.

C 3

1. Causa, cur
Agnitio. h. g.
refis condem.
nanda.

gnissima, quia uerū *διόπερ* aduersatur toti Scripturæ divini-
tus inspiratæ, in qua quippetam multa, tamque illustra rēs mo-
rādos *ἑστὸς* atq; testimonia continentur.

CXIII.

Sed nolumus ea percensere omnia, præsertim ex N. T. in quo
mysterium istud lucidissimè fuit patefactum.

CXIV.

At-enim-verò, quia Aduersarij hæc duo potissimùm identis
dem strepunt, & crepant odiosissimè, simul & impijssimè 1. In toto
V. T. altissimum esse de Personarum Divinitatis Trinitate silenti-
um 2. Non posse ostendi FILIUM & SPIRITUM SANCTUM,
perinde ut PATREM, esse, & quidem propriè & essentialiter, u-
num verum DEVM: moræ & operæ pretium est, ut utramque repa-
ratorij (licet aliàs non Flamine; sed fulminè potius Divino resu-
tandam) confundamus, & retundamus, vi, qua possumus, maximè.

CXV.

Afferemus itaque ex Veteri solùm T. testimonia *ἀποτίττεται* *ἑνὸς*
ἑνὸς *ἑνὸς*, quæ partim omnium trium Personarum conjun-
ctim; partim FILII ET SPIRITVS SANCTI seor-
sim & *ἰδιωτικῶς* expressissimam faciunt mentionem.

CXVI.

Deinde quoque *ἀντιπρὶν* *ἑνὸς* evincemus: FILIUM & SPI-
RITUM SANCTUM unà cum PATRE esse ex æquo *ἰδι-
ωτικῶς* *ἑνὸς* *ἑνὸς* unum Verum DEVM.

CXVII.

Ad priorem ergo *ἀπὸδειξίω* referimus 1. illam memorabilem ap-
paritionem (x) trium Virorum, quos Abraham Patriarcha hospitio
excepit, (y) & quidem oratione singulari vereque mysticâ qua *ἑστὸς*
ἑστὸς videns *ἑστὸς* adoravit.

(x) c. 12, 1. (y) *ἑστὸς* *ἑστὸς* (NB) DOMINIME I NE
TRANSIVERIS.

CXVIII.

Fuerunt quidem hi tres Viri angeli: per eos autem tres Divi-
nitatis Personas, adeoque sacratissimum TRINITATIS mysteri-
um, modo

1 Genus Testi-
moniorū pro
S. Trin. è V. T.

1. test.

um, modo quodam mystico, revelatum esse, rectè statuitur, tum
propter circumstantiam textus, tum propter autoritatem Theolo-
gorum (z) veterum & (a) recentium.

(z) August. serm. 20. de tempore lib. 16. de civit. DEI cap. 29. Eusebij
in vita Const. Nicophori lib. 8. cap. 30. Greg. Nysseni de Trin.

(a) Lutheri in Genesi super hunc locum. Et in 1. tomo Isl. f. 202.

CXIX.

Alterum testimonium pro asserendâ Trinitate ex U. T., est 2. testim.
קדוש יי הוֹן Angelicum Es. 6. SANCTVS, SANCTVS, SAN-
CTVS DOMINVS DEVS ZEBAOth.

CXX.

Hic quippe ternâ nominis SANCTVS repetitione, non
notatur indefessa Angelorum, in canendis DEI laudibus, assi-
duitas, sicut Calvinus Iudaizans aniliter fabulatur: sed Perso-
narum in Divina essentia unitate TRINITAS.

CXXI.

Id quod constat non solùm ex illa triplicatione: sed ex illius
quoque in (b) N. T. allegatione, quâ קדוש יי הוֹן illud ad FILIUM
etiam, & SPIRITVM SANCTVM directè applicatur.

(b) Ioh. 12. Acto. 28.

CXXII.

Imò Veteres quoq; Hebraei & eorum Rabini קדוש יי הוֹן istud
Angelicum de Trinitatis mysterio interpretati sunt; & quidem
per nomen 12. litterarum, sicut (c) Petrus Galatinus è vetustissis
Iudeorum libris refert.

(c) l. 2. c. 1.

In eo quod ter dicit Sanctus: Tres Personas Divinas expressè designat.
Quod per Rabi Simeonem, Iohai filium, & Rabi Jonathan Vrieli filium,
super textum hunc expressè probatur.

Nam R. quidem Simeon sic Hebraicè ait:

קדוש יי הוֹן אב קדוש יי הוֹן בן קדוש יי הוֹן

רוח הקדוש

SANCTUS hic PATER, SANCTUS hic FILIUS,
SANCTUS hic SPIRITUS SANCTUS.

R. verò

Hunc locum quicumq; aliter interpretantur, aut Synchysin durissimam horum duorum versuum coguntur invehere, & à Propheta consilio alienum, aut vim facere particula, quâ hic Propheta utitur: nos verò cum mysteria DEI precedente tempore magis innotuisse Prophetis, & fuisse Ecclesie proposita ex ipso DEI Verbo, agnoscamus; simplicitatē Verborum secuti, & argumenti genus, statuimus DEVM PATREM presentiam sui ipsius cum CHRISTO Servatore nostro, & cum SPIRITV SANCTO promittere Ecclesie suæ, atq; hoc vindice adversus omnia mala confirmare. Est itaq; hic locus de sancta Trinitate evidentissimus.

CXXIIX.

Testimonia cetera, quibus trium Divinitatis Personarum mentio fit conjunctim, brevitate studio consultò præterimus, addituri itidem ex V. solum T. aliqua, quibus exprimitur seorsim Nomen proprium FILII & SPIRITVS SANCTI.

2. Genus test. pro S. Trinitate à V. T.

CXXIX.

I. Nomen FILII Ἀγαπῆδω ponitur in his V. T. locis. 1. ψ. 2. in hac θεοσφωήσας PATRIS ad FILIVM: FILIVS MEVS ES TV, EGO hodie GENVI TE. 2. Prov. 30. Quis constituit omnes terminos terra? quod est nomen ejus? & quod est NOMEN FILII EIVS si nosti?

CXXX.

Referre quoq; huc possemus, cum Chemnitio, locum illum memorabilem Ps 72: יהו שמו לעולם לפני שמש ימון (NB) פשו. Fecit nomen ejus in secula, ante solem FILIATVM est nomen Ejus.

In quem ita commentatur Burgenfis in scrutinio: Vbi textus noster dicit (permanet) in Hebræo ponitur verbum, quod non habet simile in toto Veteri Testamento, &, vel FILIVM, vel nepotem significat, & nullam aliam habet significationem: ut sensus sit: Nomen hujus Regis (sicut Psalmus in principio dicit) est FILIATVM, hoc est, per filiationem derivatum ante Solem.

CXXXI.

II. Nomen SPIRITVS SANCTI reperitur ψ. 51. 17. Es. 63. v. 10. Cui συνώρυμα sunt, quin etiã illo ἐμπαλαξώμεγα: רוח אלהים (d) SPIRITVS DEORVM רוח ארני (e) SPIRITVS DOMINO-

D

MINO-



MINORVM MEORVM (PATRIS scilicet & FILII,
ex quo utroq; SPIRITVS SANCTVS PROCEdit)
וְהוּא הוּא SPIRITVS IEHOVAH.

(d) Gen. 1, 2. & alibi passim. (e) Es. 61, 1. (f) Es. 11, 2.

CXXXII.

Sed ogganniunt Adversarij, dicta haec non satis esse perspicua
& ponderosa. Respondemus iisdem Verbis, quibus Apostolus in-
credulis respondet Iudaeis: (g) Si Evangelium nostrum velatum
est, in his qui pereunt velatum est; in quibus DEVS huius seculi
exccecarvit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen Evan-
gelij gloriae CHRISTI.

(g) 2. Cor. 4. CXXXIII.

Et quae (proh DEVM immortalem!) haec est insania; & γε-
βλας, & glossas suas contortas, & in proprio cerebellulo natas, pra-
ferre voci ipsius SPIRITVS SANCTI, per se satis perspicua;
praesertim cum accesserit LVX NOVI TESTAMENTI tam
clara, tamque fulgida totq; orthodoxorum interpretum concursu
ἰσοψηφία?

CXXXIV.

Et quae haec tandem est impietas & γιγαντιομαχία vel co-
gitatu horribilis, ea, quae pro vindicanda gloria DEI contra Dia-
bolum pijsimè producuntur, instinctu Diaboli, futili & futili
ψαδευμνεία, impijsimè indè deducere, imò per vim manifestam
& notoriam planè aliò detorquere?

CXXXV.

Demonstra-
tur FILIVM
& SP. SAN-
CTVM esse
verè VNVM
DEVM cum
PATRE.

Sed progredimur ab ἀποδείξει τῆς μονάδος & τριουμότητος ex U.
T. ad ἀποδείξει alteram, qua probandum: FILIVM & SPIRI-
TVM SANCTVM unà cum PATRE ESSE, & quidem
proprie, & essentialiter VNVM VERVM DEVM.

CXXXVI.

Vbi 1. meritò & rectissimè urgetur ἐμφασις καὶ δεινότης ver-
bi ESSE in dictis:

Ioh. 10. EGO ET PATER UNUM SUMUS.

1. Ioh. 5. HI TRES UNUM SUNT (UNUM SUNT,
dicit Iohannes, non unum semiunt.)

2. Per-

CXXXVII.

2. Pertinent huc dicta, in quibus dicuntur FILIVS & SPIRITVS SANCTVS ESSE in DEO, quod aliter esse non potest, quàm per inseparabilem essentiae identitatem. Quid enim est DEVS aliud, quàm merum & simplicissimum, idq; infinitum ENS? Quid igitur in DEO esse poterit, quod non sit eadem essentia DEVS?

EGO IN PATRE SUM: ET PATER IN ME EST. Iob. 14.

Accepimus SPIRITVM, QVI EST (NB) EX DEO, I. Cor. 2.

CXXXVIII.

3. Huc repeti possunt & debent ea SPIRITVS SANCTI oracula, in quibus FILIO & SPIRITVI SANCTO essentialiale DEI nomen $\pi\acute{\iota}\tau\acute{o}\varsigma$ tribuitur. Illud enim non aliunde, quàm $\delta\pi\acute{o}\tau\epsilon\rho\varsigma$ $\tau\acute{\epsilon}\rho\epsilon\iota\alpha\varsigma$ deductum, nec aliam quàm $\tau\acute{\epsilon}\rho\epsilon\iota\alpha\varsigma$ significationem habet.

CXXXIX.

Sed satis jam diu immorati sumus prima causa, ob quam Alecto Antitrinitaria ad Orcum, unde prodijt, releganda: attemus causam alteram, quae id ipsum faciendum imperat ideo, quia Erinnyis illa praecipua salutis nostrae fundamenta ex imis sedibus subruit & evertit.

Secunda causa ob quam Antitrin. haeresis damnanda.

IV. Relig. fundam. quae Antitrin. destruant.

CXL.

Ac 1. quidem Fundamentum Redemptionis. Etenim si CHRISIVS non est $\acute{\omicron}\nu\lambda\acute{o}\varsigma$ unus & verus ille DEVS, adeoq; infinita cum PATRE essentiae & omnipotentiae; quomodo potuit quiescere infinitum DEVM placare ejusq; infinitam iram sustinere? quomodo poterit Meritum ejus esse propitiatio pro peccatis totius Mundi?

CXLI.

Secundum fundamentum, quod gens Antitrinitaria hostili impetu quassat, est fundamentum conservationis & gubernationis Ecclesiae. Si enim FILIVS & SPIRITVS SANCTVS non sunt verè & essentialiter DEVS ubiq; praesens, &



infinite essentia, qui poterit CHRISTVS ubiq; locorum effica-
cissimè operari? qui poterit in medio inimicorum dominari? qui
poterit Electos suos contra tot tantosq; Mundi & Satana furo-
res tutari?

CXLII.

Quomodo etiam SPIRITVS SANCTVS potest imple-
re totum terrarum orbem, & in Ecclesia per tot regna & provin-
cias intervallis magnis multisq; dissitas, dispersâ, per Verbum &
Sacramenta, tam admirabiles, mereq; & planè divinas exercere
operationes?

CXLIII.

Tertia Religionis nostrae Arx, quam vastant Gigantes Anti-
trinitarij est Invocatio: Ecquis enim firmâ fiduciâ debet & po-
test FILIUM & SPIRITUM SANCTUM invocare,
nisi sint DEVS ille VNVS verè & propriè sic dictus, cui soli &
uni cultus hic debetur, quiq; solus est καρδιογνώστης, & liberator
ex omnibus malis?

CXLIV.

Quartò demoliuntur Fundamentum Resurrectionis mor-
tuorum. Si enim CHRISTUS non est verè DEVS omni-
potens: quomodo corpora jamdudum cinefacta resuscitare, inq;
ijs vitam instaurare evalebit?

CXLV.

III. Et ultima causa, ob quam Satanicam τῶν χριστο-πνευμα-
τομάχων sectam meritò detestamur & ὀλοφύχως execramur, hæc
est: Quòd Ecclesia tam Veteris, quàm Novi Testamenti
semper indè abhorruit, ejusq; ἀθεϊσμῶ ἀναθεματισμὸν suum pio
Zelo opposuit.

CXLVI.

Etenim quod spectat Iudæorum Ecclesiam in V. T: eos cer-
te tres DEITATIS personas credidisse, non est quod dubite-
mus.

CXLVII.

Nam I. rei istius testem sistimus Galatinum, qui eidem fi-
dem facit indubiam.

1. 2. c. 1, 11, 12.

2. Idem.

3. Causa ob
quam Anti-
trin:damnan-
di.

CXLVIII.

2. Idem quoque constat ex illa oratione Caiphæ ad CHRISTVM: Adjuro ego te per DEVM vivum, ut dicas nobis, si tu es CHRISTVS (NB) ILLE FILIUS ILLIUS DEI BENEDICTI. Mar. 14. Matth. 26.

CXLIX,

3. Potest etiam illud εὐλόγως καὶ εὐλόγως isthinc colligi; quòd nec CHRISTO, nec Apostolis ulla unquam, eo de articulo, cum Iudæis fuerit disceptatio: sicut de alijs compluribus, teste scriptura N. Testamenti.

CL.

4. Probatur & ex eo, quod Iudæi quoties CHRISTVS DEVM suum PATREM vel se Ejus FILIVM nominabat: non hoc negabant, quod DEVS sit PATER, qui habeat FILIVM sibi ὁμοῖον καὶ ἰσὺμον: Sed hoc, quod CHRISTVS, quem nudum putumque hominem esse putabant, se pro FILIO DEI vendicaret. Luc. 4. Ioh. 5. 6. 10. c. 19.

CLI.

Ecclesiam Christianorum in N. T. quod attinet: ea non modo ab Antitrinitarijs semper fuit alienissima, sed ijs quoque, simul ac θεομαχῶν cepere, acerrimè restitit.

CLII.

Adversus Cerinthum & Ebionitas suum Iohannes conscripsit Evangelium rogatus ab Asiæ Episcopis. Vide Cent Magd. 1. f. 569.

CLIII.

Samosatenus ejusque, a seclæ refutati & damnati sunt in aliquot concilijs Antiochiæ congregatis. Euseb. l. 7. c. 28.

CLIV.

Ariani in I. Synodo Occumenica, Niceæ celebratâ.

Hist. tripart. l. 4. c. 24.

CLV.

Eunomiani & Macedoniani vel πνευματῶν in 2. Synodo (h) Occumenica, quæ habita fuit Constantinopoli, itemque in (i) Synodo Seleuciana. (h) Hist. tripart. l. 9. c. 4. 5. 8. 9. & imprimis 12. (i) Soz. l. 3. c. 19.

CLVI.

Synodis Oecumenicis meritò annumeramus comitia Imperij maximè solennia, Anno 30. Augusta habita, in quibus Ecclesia orthodoxa suam edidit (k) confessionem, qua non modò sententiam concilij Niceni in thesi comprobat: sed Antitrinitarios quoque in antithesi omnes expressè condemnat. (k) artic. 1.

CLVII.

Ex quibus omnibus lucidissimè effulget, hæresin Antitrinitariorum tam recentium quàm veterum esse damnabilem, & jam olim damnatam, & adhuc hodie meritò damnaandam.

CLVIII.

Magistratus quoque seriò est exhortandus, ne ferat novos Arianorum fœtus suo in territorio; Sed vel exilio mulctet, sicut (l) Constantinus Magnus eorù *οὐκ ἐπέμπετο* Arium, vel carcere aut alio modo coherceat, & eò adigat, ut vel blasphemias suas agnoscant, vel certè ut eas latius disseminare desistant. (l) Socr. l. 1. c. 8.

CLIX.

Atque hæc etiam de IV. nostra disputationis capite; quod jam excipit V. & ultimum, in quo usitata Antitrinitariæ impietatis effugia obstruemus; præcipua ejusdem fundamenta destruemus.

Cap. V. In quo Antitrinitariæ

impietatis effugia obstruuntur, & potissima ejusdem fundamenta destruuntur.

CLX.

Non enim μόνον δεῖ ἰσχυρῶς εἰπεῖν: ἀλλὰ καὶ τὸ αἰτιῶν τῶν θεούδων. Τὰ τοῦ θεοῦ συμβάλλεται πρὸς τὴν πίσιν. ὅτι καὶ εὐλογῶν φαίνεται τὸ δίκαιον φαίνεταί ἀληθὲς οὐκ ὅν ἀληθὲς, πρὸς εὐεὶν ποιεῖ τῶν ἀληθῶν μάλλον.

Aristoteles l. 7. Eth. Nic. c. 14.

CLXI.

Effugia verò, vel diverticula, ad quæ Lupi Antitrinitarij se proripiunt, si quando ab Orthodoxis gladio SPIRITVS urgètur & petuntur cominus, sunt distinctiunculæ, & exceptiunculæ, quas sibi, more omnium hereticorum, in Officina Rationis, cum in usum, fuerunt fabricati.

Agia

CLXII.

Aggite perlustremas earum precipuas, & μάλιετι Πιπλο-
 ζσας, premisso tamen generali axioma te hanc ad rem perquam
 utili, quodq; Heros ille verè θεότρεμι & ηγι θεόσυλ, Lutherus
 videlicet, εγγωτε λόγωτε nobis commendavit. 1. Ekugia Ad.
 vers. obstru-
 un:ur.

CLXIII.

Idq; sic se habet: Hereticorum diverricula nulla alia re ob-
 strui & occludi possunt arctius, quàm si sola sacra Scriptura di-
 eta eorumq; εμφασις & ενέρηα, κατ' Πιπλονω, instanter urgea-
 tur, illisq; ad ravim usq; inculcetur.

CLXIV.

Id quod & εν τῷ παρόντι, σὺν τῷ θεῷ, prestare annitemur, o-
 missâ ulteriori μακρολογία.

CLXV.

1. Itaque κρησφύγειν secta Antitrinitarie est: Per plurale
 ΔΙΘΕΟΝ innui modò Virtutum DEI pluralitatem. R. Dicitur
 absq; Scriptura, imò contra Scripturam, in qua nomen istud sem-
 per & ubique accipitur de rebus per se subsistentibus.

CLXVI.

2. Contra nomen IEHOVAH afferunt distinctiunculam in-
 ter DEVM creatorem, qui sit DEVS κατ' εσίαω, & DEVM
 creatum, qui dicatur DEVS κατ' εζσίαω. At qui Scriptura
 unum solùm IEHOVAM, eumque creatorem agnoscit, qui
 non à dici sed ab esse IEHOVAH nominatur.

CLXVII.

3. CHRISTVM DEVM esse tantùm nuncupativè, ore
 blasphemò clamitant. Sed facile eos possumus Πισομιζεν em-
 phasi Verbi ERAT, & illo Iohannis ετος ετι (NB. art.) Ο ΑΛΗ-
 ΘΙΝΟΣ ΘΕΟΣ. 1. Ioh. 5.

CLXVIII.

4. Alias fingunt ratiunculas, easq; frivolas & impias, ob quas
 CHRISTVS dicatur FILIVS DEI VNIGENITVS. Sed tena-
 citer nomini isti inhereamus, idq; semper, ut Ajacis clypeum, Ant-
 agonistis obvertamus, constantissimè urgendo: CHRISTVM
 ESSE



ESSE VNIGENITVM EXPATRE FILIVM AB INITIO
A DIEBVS SECVLI Mich. 5. Nihil quicquam quod alicujus sit
momenti contra obtendere possunt.

CLXIX.

s. Argumentum, quod ab effectis Divinis pro Deitate SPIRITVS SANCTI à nobis adducitur, eludere conantur hoc cavillo, Tribui videlicet illa SPIRITVI SANCTO non ut Personæ Divinitatis; sed quia Virtus & efficacia DEI.

CLXX.

Resp. Increpet te Satana Ipsemet SPIRITVS SANCTVS, increpet te, inquam, ipsemet SPIRITVS SANCTVS, cujus tam *ὡς αὐτῶν* quàm essentiam verè Divinam tam audacter blasphemas. Quam tamen utramq; FILIVS DEI, qui ἡ ἀληθὴς Verbo suo hac terræ Cæliq; machinâ stabiliori apertissimè confirmat. Cum venerit paraclæctus, (inquiens) quem Ego mittam vobis à PATRE (NB artic. τὸ ὄφισαμένον σηµαντικόν) Τὸ ΠΝΕΥΜΑ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ (tertia persona) ὁ παρὰ τὸ ΠΑΤΡΟΣ (prima Persona) ἐκπορεύεται (NB Syntbesin) ἐκείνου (scilicet ὁ Θεός) μαρτυρήσει ὡς (secunda persona) ἐμῶ Joh. 15.

CLXXI.

Hæc sunt potissima Antitrinitariorum κρησφύγετα: progrediamur ad eorum ψευδοθεµέλια, quæ depromunt, more spiritus Hæretici, ex didis scriptura, quibus (m) ἐν κωβεία καὶ πανεργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης impiè abutuntur. (m) Eph. 4.

CLXXII.

2. Adversari-
orum funda-
menta de-
struuntur.
Proferemus autem tantum præcipua Scriptura dicta, quibus opinionem suam stabilire allaborant. Et deinde generales duas ademus de eorum Sophismatis, & Sophismatum refutatione admonitiones. Tandemq; Theologia studiosos ad eos remittemus Theologos, qui articulum hunc ἀκριβῶς καὶ διεξοδικῶς pertractârunt.

CLXXIII.

Ac primò quidem vehementur urgent scriptura loca, in quibus PATER Solus predicatur esse DEVS.

Respon-

CLXXIV.

Respondemus non nostris; sed (n) Basilij verbis omnium me-
 moria dignissimis: τὸ εἰς καὶ μὴ ἐπὶ τῶν θεῶν ἐν τῇ γραφῇ, εἰ πρὸς τὴν
 αὐτοδιαστολήν τῶν ἁγίων Πνεύματος: ἀλλὰ πρὸς τὰς μὴ ὄντας θεοὺς
 ὀνομαζομένους δὲ ψευδῶς, ἀναφέρεται.

(n) Epist. 141. de adorabili & sancta Trinitate.

CLXXV.

II. Pro se allegant ex Es. 42. verba IEHOVÆ: *Gloriam
 meam non dabo alteri, inferentes inde, PATREM non com-
 municasse DEI etatem FILIO & SPIRITUI SAN-
 CTO R.* Εἰ ἀγνοία τῶν ἐλέγχων. Opponitur enim hæc sententia
 non FILIO, & SPIRITUI SANCTO, qui PATRI
 sunt ὁμοῦσται, sed numinibus commentitijs Ethnicorum.

CLXXVI.

III. Ex Ier. 23. & Luc. 1. παραλογίζονται CHRISTVM vo-
 cari tantum FILIVM DEI. Ergo non esse. Heu miseros vos!
 Itane in DEO, ubi merum & sincerum ENS, τὸ εἶναι καὶ
 τὸ λέγεσθαι invicem discerpitis? an non, vel Philosopho teste, τὰ
 ὀνόματα τῶν πραγμάτων ὁμοιωματα;

lib. περὶ θεοῦ. c. 1.

CLXXVII.

IV. Vt æternum omnium rerum creatorem CHRISTVM
 in censum creaturarum redigant, adducunt locum Col. 1. ubi
 CHRISTVS dicitur πρῶτότοκος πάσης κτίσεως.

CLXXVIII.

Sed hæc συλλογὴ planè est ἀσυλλόγιστος, imò ἀλογος. Contra-
 rium siquidem ostendit 1. Verborum sonus 2. Apostoli scopus 3. συ-
 νέχεια textus.

CLXXIX.

Primò, enim FILIVS DEI loco jam allegato non dici-
 tur 1. πρῶτόκτιστος primo-creatus sed πρῶτότοκος (NB) primi-ge-
 nitus 2. nec πρῶτότοκος τῶν κτισμάτων sed πρῶτότοκος κτίσεως, id
 est, interprete Basilio πρῶτος πάσης κτίσεως γεννηθεὶς.

lib. 4. adversus Eunom. pag. 686.

CLXXX.

Secundò, Apostoli scopus ibi est CHRISTI DIVINITATEM

E

astruere



astruere eumque omnium rerum conditorem & conservatorem esse demonstrare.

Tertio.

CLXXXI.
Συνέχεια textus id ipsum docet. Sic enim se habent verba proximè & immediatè subsequentiā: Quia per illum creata sunt omnia, quæ in Cælis sunt & quæ in terra. Quibus expresse CHRISTVM secundum divinam naturam creaturis eximit, earumque omnium conditorem constituit.

CLXXXII.
V. SPIRITVM SANCTVM non esse DEVM astruere conantur ex illo Ioh. 7. Nondum erat SPIRITVS SANCTVS, quia IESVS nondum erat glorificatus.

CLXXXIII.
R. Non loquitur CHRISTVS de SPIRITV SANCTO per se: sed de visibili ejus effusione, qua illum ACCEPTVRIERANT credentes in ipsum (sicut verba immediatè precedentia expresse sonant) in die videlicet Pentecostes, & postea in prima Ecclesia N. T. atate.

CLXXXIV.
Sed quid tempus tenuimus in percensendis gentis Antitrinitariae ψευδογραφήμασι, sufficiant isthæc. Cetera facile poterunt dilui, observatis modò duabus hisce admonitionibus, quarum altera fontes, altera diluendi modum ostendit.

Admonitiones de Adv. sophismatis.

CLXXXV.
Fontes sophismatum Antitrinitariorum, perindè ut hæreticorum ad unum omnium præcipui duo sunt: 1. est Ratio, quæ tamen rebus in Divinis adeò cæcutit, ut Apostolus pronunciare non dubitet ψυχικὸς ἀνθρώπων ἔδεται καὶ τὰ Πνεύματος τῶ Θεοῦ. μωρία γὰρ αὐτῶ ἐστὶ, καὶ ἔδυναται γινῶσθαι. 1. Cor. 2.

CLXXXVI.
2. Est μετέβασις εἰς ἄλλο γένος, vel nefaria σύγχυσις Philosophiæ cum tanto hoc mysterio, quod est ὑπὲρ γένος, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ αἰσθησιμῶν, ὑπὲρ κατὰ λόγον; adde quod Moses etiam vetet ne aremus cum bove & asino & ne vestem ex lino & lana texamus Deut. 22. 10, 11. Modus

CLXXXVII.

Modus vero diluendi τῶν ἀντικειμένων *sophismata* precipuus est distinctio eaque potissimum quadruplex. 1. Inter εἰσὶν & ὑπόστασις 2. Inter divinam, & humanam CHRISTI naturam 3. Inter ea, quae Divina natura tribuuntur πρῶτως vel κατ' εἰσὶν, καὶ τῇ φύσει: Natura verò humana ἐστέως, propter unionem personalem, vel κατ' ἐξ εἰσὶν καὶ τῇ χάριτι 4. Inter statum exinanitionis & exaltationis.

CLXXXIX.

Verum enim-verò, ut tandem aliquando portum respicientes vela contrahamus: Theologicam luventutem, quae ad pleniorum Articuli huius Religionis nostrae praecipui explicationem tum didacticam tum ἐλεγχτικὴν aspirat, ut legat Theologos, qui de eodem peculiaria scripta ediderunt, eosque tam veteres quam recentes, admonemus.

CLXXXIX.

Inter Veteres maximè principes sunt Athanasius & Epiphanius.

CXC.

Athanasius hac de re conscripsit Orationes quinque contra Arianos: Tractatum in illud dictum: Omnia mihi tradita sunt à PATRE Epist. ad Adelphium fratrem. Epist. ad Maximum Philosophum. Epist. De sententia Dionysij, Serm. de nat. human. Orationem contra Gregales Sabellij, Epistolas duas ad Serapionem de SPIRITV SANCTO.

CXCI.

Epiphanius Arianorum Heresin persequitur, ejusque Pseudographemata confutat lib. 2. tom. 2. haeres. 69.

CXCII.

Inter recentes palmam obtinent (o) Lutherus, ejusque γνήσιος & Discipulus (p) Chemnitius & alij;

(o) tom 8. ten. in lib. de Schemhamphoras & ἐν κωνσταντινουπόλει de ultimis Verbis Davidis (p) tom. 1. loc. comm.

CXCIII.

Συμπέρασμα τῆς συζητήσεως.

Ex omnibus verò quae dicta & adducta fuerunt haec tenus, (ἀνακεφαλαιωδῶς καὶ ἀπαξαπλῶς εἰπεῖν) hoc κύριον καὶ καθολικὸν συμπέρασμα elicimus & inferimus: DEVM unum esse essen-

συμπέρασμα elicimus & inferimus: DEVM unum esse essen-
tia, & trinum in Personis, quæ realiter invicem distinctæ &
per se subsistentes, eæque omnes & singulæ verè ὁμοῦσι, συναί-
διοι καὶ ἰσῶμοι, adeoque unus verus & naturā DEVS.

ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

CXCIV.

προσίματε.

Catholica igitur fide UNVM DEUM IN TRINITA-
TE, & TRINITATEM in UNITATE piè & humiliter
credamus, veneremur, invocemus.

CXCV.

Et per hanc adeò fidem certò certius Fidei consequemur fi-
nem, qui est Salus & Vita æterna.

1. Pet. 1.

CXCVI.

Illic Videbimus DEVM à facie ad faciem, SICVTI
EST. sufficiat, nobis in hac mortalitate EVM per speculum
scripturæ in ænigmate eminus aspexisse.

1. Cor. 13. 1. Ioh. 3.

CXCVII.

Iam quod superest, Colophonis loco subijcimus illam δοξολογί-
αν, antiqua consuetudine in fine Psalmorum accini solitam, cujus
prior versiculus est confessio publica Trinitatis, & ἰμωσῆας, contra
Arianos: Posterior verò, suasu Hieronymi, fuit additus, ut sit con-
fessio de DIVinitate SPIRITVSSANCTI, contra Mace-
donianos.

GLORIA PATRI, ET FILIO, ET SPIRITVI
SANCTO.

SICVT ERAT IN PRINCIPIO, ET NVNC

ET SEMPER, ET IN SECV-

LA SECVLORVM

AMEN.

FINIS.

ULB Halle

3

003 142 353




56.

V 7 17







6
28
ccincta & rotunda,
DE

יהוה

est,
TRINO
UNO,

in priscis tum recentibus
posita,

tebergensi, in Festo Sacrosanctae
ut de illis, ad diem proximè sub-
coq; consuetis, debitâ cum reve-
sthoc Mysterium, pia & pla-
ir συμφιλολογια.

& Praside
FORSTERO,
Professore Publico.

ndente
AO HVNNIO
urgensi Hasso.

. 56.
באלהים
פיהור

per Iob. Gorman. Anno 1608.

